— 150 —

CURRENDA XX.

A. D 1865.

L. 4139.

Wezwanie do przestrzegania ludu względem zadłużenia się przez Weksle i zachęcania go do trzeźwości, pracowitości i oszczędności.

Znana jest lekkomyślność wielu pomiędzy ludem, którzy nieznając praw wekslowych, dawają się obałamucić od spekulantów na ich kieszeń, przyjmując z ochotą weksle sobie ofiarowane... a którzy gdy w terminie weksiowym wypłata nie następuje, narażają się na koszta znaczne, nawet na postradanie całego mienia.

O takich wypadkach smutnych uwiadamia nas Cyrkularz Wys. Prezydyum Namiest. Komissyi Krakow. z dnia 24. List. r. b. L. 4507 wzywający Nas do przestrzegania w téj mierze ludu następującéj osnowy:

„Laut einer Anzeige des Bezirksamtes Mielec hat daßselbe die Wahrnehmung gemacht, daß Bauern sich durch Wechsel-Akzepte in kleinen Beträgen zu Zahlungen verbindlich machen, welche dieselben rechtzeitig nicht leisten können, was Zahlungs-Auflagen und bedeutende Gerichtskosten im Gefolge hat.

In einem Zeitraume von acht Tagen sind bei diesem Bezirksamte 40 Zahlungsauflagen des Tarnower Kreisgerichtes gegen Bauern eingelangt.

Die Regierung vermag nun zwar nicht den Bauern zu verbieten, sich wechselrechtlich zu verbinden, allein es ist bei dem geringsten Bildungsgrade des hierländigen Landvolkes ihre Pflicht, dasselbe auf die nachtheiligen Folgen eines leichtsinnigen Schuldenmachens mittelst Wechsel-Akzepten aufmerksam zu machen.

In dieser Richtung wollen die Herrn Vorsteher bei dem nächsten Amtstage und bei sonst sich ergebenden Gelegenheiten dem Landvolke in wohlmeinender Weise erklären, wie es durch die von gewissenlosen Wucherern ihm dargebotene, häufig sogar aufgedrungene Möglichkeit, Wechselschulden zu machen, seinem raschen und sicheren Ruine entgegengeführt wird.

Unter Einem wende ich mich an die Consistorien mit dem Ersuchen die Geistlichkeit anzuweisen, damit dieselbe im gleichen Sinne auf das Landvolk einwirke."

Mili w Chrystusie Bracia! czuwajmy nad słabością ludu nam powierzonego... otwierając mu oczy, i zachęcając do pracowitości, trzeźwości, oszczędności, oględności i t. p. przy nadchodzących świętach. **Tarnów 10. Grud. 1865.**

L. 4196.

Terminus pro collectione subsidii Ven. Congregationi PP. Mechitaristarum elargitus, denuo ad finem M a j i 1866 prolongatur.

Id patet e Circulari Exc. C. R. Locumt. Commissionis Cracov. de 5 Dec. 1865 N. 33097 sequentis tenoris:

„Seine Exzellenz der Herr Staatsminister hat sich laut Erlaß vom 21. November l. J. Z. 5383 St. M. bestimmt gefunden, dem General Prokurator der Mechitaristen-Congregation in Wien Pater Ignatz Schükür auf die Dauer von sechs Monaten nämlich bis Ende Mai 1866 die neuerliche Bewilligung zu ertheilen, in jenen im Bereiche der Amtswirksamkeit des Staatsministeriums gelegenen Diözesen, in denen von der unterm 23. September 1863 Z. 7080 St. M. ertheilten und seither wiederholt erneuerten Sammlungsbewilligung bisher kein Gebrauch gemacht wurde, milde Beiträge zur Förderung der Missionszwecke der hochwürdigen Mechitaristen-Congregation im Oriente sammeln zu dürfen.

Hievon werden die politischen Unterbehörden und die hochwürdigen bischöflichen Consistorien mit Beziehung auf den h. o. Erlaß vom 2. Mai l. J. Z. 11467 zum weiteren entsprechenden Gebrauche in Kenntniß gesetzt."

Hoc pro notitia in nexu cum publicatione Nostra sub 11. Maji a. c. N. 1698 in Cur. XI. impressa... inviantes, ut Ven. Clerus, si resp. Collector compareret, eum exciperet amicabiliter et laudabiliter. Tarnoviæ die 14. Dec. 1865.

N. 3805.

Defectus variorum in Ecclesiis &c.

Nacti sumus convictionem tristem, quod hinc inde, non obstantibus variis inculcationibus Nostris desiderantur:

a) **Duæ** candelæ e cera in omni Altari, ubi missa celebratur.

b) Canones vitro provisi, aut detersi, mundati...

c) Thuribula a squalore purgata; quæ utique saepe adhibenda, et nihilominus plura nec dignosci queunt, quo ex metallo conflata sint, tam squalida. Thuribula ex aurichalco pro pauperioribus templis forent comparanda, quia facile purgationem recipiunt.

d) Vexilla cum imaginibus elegantioribus, pro illis, quæ e locis indulgentiarum sacris inferuntur — et integra singulariter parva.

e) Albæ, humeralia, corporalia, mappæ super altaribus (obrusy) &c. *lineæ...* non *gossypiæ.*

f) Bursa pro recondendo Corporali ad Missam, super velo calicis, non vero *palla* major; aut pallae minores sine subductura linea, quae sensim prout corporalia lavantur. Palla minor supra calice *linea* demandatur, sine tectura, et illa Corporali includatur. Antiquitus Corporale ex altera parte calicem tegebat, palla igitur parva nunc supplet illam partem.

g) Elenchus Presbyterorum in Sacristia — Octavarium, Tabella renovationis SS. Sacramenti,

Tabella fundationum; Consignatio supellectilis pro æditno vel organario in Sacristia... Ritualia nitida, integra, non lacera.

h) **Liber memorabilium**, qui ab exordio parochiæ contineret omnia, quæ vel in Parochia vel circa eam, vel in regno memoratu digna gesta, comparata aut reparata, ædificat sunt et quo pretio; quando templum consecratum, aut Altare aliquod; quando quis Parochorum installatus, translatus, mortuus... merita ejus in Parochia — Administratores; Cooperatores bene meriti; Benefactores Ecclesiæ majores et minores; mutationes in juribus, reditibus Ecclesiæ.

Ad hunc librum referuntur quoque fata hospitalis, scholæ &c. &c. Libri ejusmodi, qui *Annales* constituunt parochiarum, ab antiquissimis temporibus penes Ecclesias consistebant frequenter, quos nunc cum voluptate volvunt successores in munere aut historiæ scrutatores.

i) Missalia noviora, aut cum additamentis Leopol. Missæ *novæ* Missali insutæ, aut schedulæ impressæ pro Missali.

k) Sella in stilo Ecclesiastico pro Celebrante.

l) Confessionale in Sacristia...

m) Pavimentum (podsiębitka) in nonnulla turri, templo contigua.

Et plura alia e. g. *cameræ* circa Ecclesiam aut sub turri, ubi castrum doloris, sepulcrum Xti, aliaque asservarentur, quæ nunc disjecta vel in templo vel sub turri cum oculorum offensione conspiciuntur.

Perillustres Decani hisce denuo obstringuntur, ut vigilem oculum vertant ad defectus hujusmodi, eorumque sublationem evertere satagant. Tarnoviæ die 6. Nov. 1865.

N. 3700.

Antiquissimi libri matricales penes quam Ecclesiam, seu ante annum 1640?

Perillustres Domini Decani hisce provocantur, ut m. Januario 1866 horsum relationem immittant desuper, penes quam Ecclesiam Sui Decanatus ex antiquissimis temporibus persistant libri *matricales* Natorum, Copulatorum ac mortuorum... et in specie, quo ex anno; dein utrum omnes hucusque existentes compacti, in ordine ac scrinio inclusi, una cum actis parochialibus debite ordinatis asserventur. &c. Tarnoviae die 16. Nov. 1865.

N. 4326.

Commemorationes in Missa et Officio Omnium SS. Apostolorum et Martyrum impressæ mittuntur.

Commemorationes OO. SS. Apostolorum et Martyrum... indultae sunt *Orbi* Decreto S. Ritu. Congreg. ex 18 Oct. 1818 et in specie pro Diœcesi *Tarnov.* Decreto Sac. Rit. Congreg. ex 12 Nov. 1863 quas in usum Ven. Cleri Dioecesani nunc prelo subjiciendas curavimus ac penes hanc Currendam ceu strenam emittimus, videlicet 1. xemplar ad Bre-

viarium pro quolibet resp. Presbytero nec non pro qualibet Esia in usum organarii, verum 2. exemplaria Commemorationum in Missa pro qualibet Ecclesia, quae tam Breviario quam Missali agglutinanda hisce injunguntur. Super horum executione Perillust Officia Decanalia invigilabunt.

Pro Ecclesia, ubi 3 consistunt Presbyteri etiam 3 exemplaria pro Missali adcludantur. Tarnoviae die 16. Dec. 1865.

N. 2776.

C. Pastor vigilat.

„Surgat præpositus, vigilet seseque malo opponat.“

S. Greg M. h. 11. in Ezech.

(Juxta Pastor. Clasis. Amberger Tom. III. a quodam Presbytero elaboratum.)

Continuatio ad Cur. XVI. et XVIII.

„Dum medium silentium tenerent omnia et nox in suo cursu medium iter perageret, omnipotens sermo tuus Domine! a regalibus sedibus venit“... Verbum caro factum apparuit in Bethlehem. „Et“ recte tunc „pastores erant in regione eadem v i g i l a n t e s et custodientes vigilias noctis super gregem suum“... „Claritas Dei circumfulsit illos et subito facta est cum angelo multitudo militiæ cœlestis laudantium Deum et dicentium: Gloria in altissimis Deo et in terra pax hominibus bonæ voluntatis.“ Quantum pastoribus gaudium, quanta merces obtigit, quando tantus desursum venerat sermo... obtigit v i g i l a n t i b u s, oculos circa circum vertentibus et aures intendentibus, ut notitiam habeant, quid in gregis medio, quid in confiniis geratur; utrum sit in tuto; num fur aut lupus non struat insidias; an quies, strepitusve... quatenus tempestive consurgant, periculumque a grege propulsent!..

Vigilantiam hanc pastorum, lætitiam et gratiam mox Solemnitas festorum Salvatoris nostri ad dulcem revocabit memoriam nostram.

Fratres in Christo Dilectissimi! et nos sumus pastores, ast longe sublimiores, nam gregis Dominici, constituti. Quis nostrum recusabit vigilantiam justo quoque majorem?!

A v i g i l a n t i a pastorum Bethlemiticorum arripiendam esse consemus occasionem progrediendi ad IIItium officium boni pastoris, i. e. ad v i g i l a n t i a m.

Audiamus, quid Claris. Amberger de eo in medium proferat:

Bonus pastor procedit quaqua versus intuens, utrum se oves sequantur, num ulla non aberraverit, an fur lupusve haud appropinguet et caute omne periculum avertit, ac hostes propellit. Nisi pastor animarum parochiæ suæ **invigilet**, inseminabunt inimici zizania in medio tritici; iniquitates mittent radices ac una ovis scabiosa inficiet gregem. Non sacerdotes sunt, verum „Simulacra gentium, quae os habent et non loquentur, oculos habent et non videbunt.“ Ps. 113, 5.

Intuitus attenti invigilatoris animarum sacro omnia ordinat gyro: suffocat peccata, principiis eorum obstando, lasciviam pudore afficit, scandala eliminat, infirmam roborat virtutem. Ut autem **vigilantia** pastoralis proficua sit, debet esse:

1. prudens, hinc non tantum explorationem et susurrationem incautam devitet, sed etiam ejus speciem externam, alloquin sacerdos ipse munusque ejus despicietur. Absit, ut omnia

circum se gesta severæ crisi subjiciat, minutias quærat, personificet omniam exprobrationem; nam talis agendi ratio exasperat animos privatq. fiducia. Vigilantia pastoralis sit intra limites honoris Dei et salutis animarum neque se misceat negotiis terrenis, nisi in quantum æternæ saluti cohaereant;

2. **constans.** Animarum pastor non solum in exordio sui muneris, **vigilias** agit, nec brevi oculos claudit auresque obtrudit, quum difficultates in hacce muneris parte ad nauseam usque assurgant... nec omnino putat, se in zelo domus Dei refrigescere posse, certo ordine jam in parochia inducto. In sequelam talis posterioris refrigerationis animi sacerdotalis revertitur pristinus vel pejor adhuc disordo et „novissima ejus fiunt pejora prioribus.“

Alii vident curas suas sine fructu, deficiente constantia deponunt a r m a j u s t i t i æ et s c u t u m f i d e i ac inermes — fiunt impares affluxui mali coërcendo vel secundum **Luc. 8, 14** „a solicitudinibus et divitiis et voluptatibus vitæ euntes suffocantur et non referunt fructum“ aut non videntes gratitudinem hujus sæculi, imo experti ejus ingratitudinem, fugiunt deterriti p e r s e c u t i o n e m p r o p t e r j u s t i t i a m fiuntq. tali modo m e r c e n a r i i, hic nonnisi mercedem laborum suorum quærentes, nec suam spem in patria cœlesti collocantes.

3. **Vigilantia** pastoralis oportet esse **ingenua** seu honesta, ex puro fonte christianæ charitatis erga oves suæ curæ concreditas orta, ex flagrante salutis animarum desiderio. Non se immisceat avaritia, non ira nec personalis prædilectio aut odium, alioquin prætextus vigilantiæ despicietur;

4. sit **generalis**... non convertat suam attentionem nonnisi in vicinos aut cohærentes sibi aliqua relatione grata vel minus grata; sed in omnes æquali modo, qui curæ ejus concrediti sunt. *)

V i g i l a n t i a animarum pastoris primo vertit se ad decentiam congregationis in domo Dei, in ecclesia &c. et in specie incipit attendere ad conversationem domesticorum suorum, magistrorum, juventutis scholasticae, organarii, aeditui, vespillonis, xenodochialium. Vigilet, ut scholam localem liberi, juvenes vero horas repetitionis dominicales frequentent; catechizationibus juventus utriusque sexus intersit; confessio paschalis ab omnibus capacibus peragatur, ut ad infirmos mature pro sacerdote mittatur; confraternitates piae v. g. **SS.** Rosarii, abstinentiae, tem-

*) S. Nicolaum singulari in lucrandas animas excelluisse v i g i l a n t i a... quotannis lectionibus in Breviario convincimur. Illud praeprimis insigne v i g i l a n t i a e et benignitatis christianae exemplum jam in adolescentia erga periclitantem familiam exhibitum argumento esto inter alia. Quum videlicet v i g i l explorasset, civem Patarae egentem 3 filias jam nubiles in matrimonio collocare non posse, earum pudicitiam prostituere cogitare, Nicolaus noctu per fenestram tantum pecuniae in ejus domum injecit, quantum unius virginis doti satis esset: quod cum iterum et tertio fecisset, tres illæ virgines honestis viris in matrimonium datæ, simulque tot animæ ab interitu salvatae sunt. Angelicus certe animarum zelus... ab omnibus desuper exorandus! Aliud v i g i l a n t i a e et c h a r i t a t i s exemplum de S. Joanne Apost. subsequetur.

perantiæ foveantur; consuetudines laudandæ introducantur, ne ebrii pro patrinis in baptismo admittantur; ne homines immorales vagi in parochia sedem figant; **v i g i l e t** porro Curatus, ut dies Domini et festi sanctificentur neve sine causa **g r a v i** et tunc quoq. cum licentia publicis laboribus, exsolutionibus pecuniariis sub devotione in aula diversorioque profanentur, ne libri irreligiosi, immorales aut pro plebe inconvenientes vel nocivae ephemerides legantur, e contra ephemerides catholicae, libri pii et morales divulgentur; ne imagines scandalosae cum dedecore christiani nominis in parietibus appendantur. **A n i m a d v e r t a t** quoq. animarum pastor ad caupones; et quum in eos nostris in oris qua in judaeos maxima ex parte nullum de regula influxum spiritualem habeat, oportet, si ab iis immoralitas scaturit, rem hanc cum solidis argumentis et testibus ad tribunalia sæcularia proferre. His quoq. præscribit politia v. g. ut propinationis diversorium devotionis tempore claudatur; ne **s i n e   l i c e n t i a** musica in popinis diebus Domini et festis instituatur, aut ultra præfinitum tempus protrahantur, aut choreæ ducantur.

Invigilet porro Curatus, ne in sepulturis potationes loco devotionum aut **n u p t i a e** per plures dies celebrentur, aut **n u n d i n æ** toties frequententur, ne de perversitate **n o t o r i i** qua testes judicio adstent, aut **j u d i c e s** agant... **C a u t e** nonnisi extradat testimonia moralitatis et paupertatis, ne ex ejus benignitate abusus fiat. **Videat** in urbibus et oppidis, ne in theatris ac spectaculis obscœna lascivaque sub pallio joci producantur, qui modus ad sensum moralem hebetandum aptissimus... &c.

Continuatio sequetur.

L. 3952.

Wykaz rzeczy sprawionych do Kościoła i Plebanii w Dembnie w Dekanacie Wojnickim. kosztem i staraniem terazniejszego Plebana, Jks. Józefa Leśnego.

Prócz rzeczy wykazanych już w Kurendzie XI. z r. 1863, sprawiono następujące:

1) JK. Pleban Józef Leśny włanym kosztem przeszło 300 złr. dał wyreperować wielki Ołtarz, wymalować na kolor perłowy, i czystem złotem gdzie wypadało wyzłocić, do którego dorobiono, nowych 2 Aniołków klęczących na Cyboryum, baranka nad Cyboryum z promieniami, Historyą Abrahama ofiarującego syna, płaskorzeźbą na drzewie, nakoniec nowe rzeźby do boku ołtarza, wszystko czyste wyzłocone. 2) Wny Kolator P. Edmund Jastrębski sprawił własnym kosztem przeszło 100 złr. piękną i ozdobną ławkę do presbyterium. 3) Ołtarz poboczny Ś. Anny w nader lichym znajdujący się stanie, prawie cały nowy zrobiono, i na sposób, jak wielki ołtarz wymalowano, i czysto wyzłocono, Mensę w miejsce lichéj drewnianéj nową wymurowano, oraz sprawiono do tego 2 nowe figury, S. Anny i Ś. Joachima, jako też 2 Aniołów w chmurach w środku ołtarza, i wyzłocono, kosztem przeszło 250 złr. na co Wny Pan Stanisław Jasztrzębski ofiarował 214 złr. resztę dodał Ks. Pleban miejscowy, jako też wikt snycerzowi i malarzowi. 4) Odnowiono całą Ambonę, odpowiednio Wielkiemu Ołtarzowi, do któréj dodano nowe promienie, kutasy,

gałki, które równie jak całą Ambonę, gdzie wypadało wyzłocono, przyczem i tęczę, oraz krzyż, i 3 figury na takowéj znadujące się stosownie odnowiono. 5) Sprawiono Pająk szklanny w pośrodku nawy kościoła wiszący, bardzo piękny, z czysto krzyształowego szkła który sprowadzono z fabryki Wiedeńskiej, za 181 złr., które po większéj części złożyli parafianie; resztę dodał JK. Pleban. 6) Do ołtarza Ś. Anny sprawiono nowy Obraz Ś. Stanisława kostki, na płótnie olejno przez P. Gucwę malowany, za cenę przeszło 30 złr. które złożyli parafianie. 7) Ks. Pleban sprowadził i kościołowi ofiarował Waskula piękne do Chrztu ś. za cenę 8 złr. 8) Do Wielkiego Ołtarza sprawiono nowy obraz ŚŚ. Trójcy na zasuwę, na płótnie olejno pięknie malowany, który wraz z grubemi wielkiemi ramami, pięknie złoconemi, kosztuje 108 złr., które zebrano drogą składki pomiędzy parafianami. 9) Kupiono piękną statuę Matki Boskiéj Niepok. Poczęt. do noszenia przy processyi za cenę 25 złr. które złożyły dziewczęta szkolne. 10) Sprowadzono z Karlsbadu 6 pięknych metalowych, znacznéj wielkości lichtarzy, na wielki Ołtarz za 115 złr., które zebrano drogą składki pomiędzy parafianami. 11) Wna Zofia Wykowska sprawiła, i kościołowi ofiarowała, nowe Antepedyum do Wielkiego Ołtarza, koloru pąsowego, meteryi wełnianéj, ze złoconemi ramami, oraz ofiarowała piękne bukiety na świece. 12) Sprawiono w bieżącym roku nowy Ołtarz poboczny Matki Boskiéj Skaplerznéj, pięknie i kosztownie odrobiony, i czysto wyzłocony, kosztem przeszło 300 złr. które się zebrało z pobożnych ofiar, wikt zaś snycerzowi i malarzom dawał JK. Pleban. 13) Do Ołtarza Matki Bos. Szkaplerznéj sprawiono Obraz na zasuwę, Ś. Józefa Oblub. na płótnie olejno przez P. Gucwę malowany, za cenę 30 złr. złożonych z ofiar pobożnych. 14) Do tego Ołtarza parafianin Franciszek Komorek sprawił drugi Obraz Ś. Franciszka z bliznami własnym kosztem, na płótnie olejno pięknie malowany przez P. Gucwę. 15) Cały kościół z kamienia wystawiony, potrzebujący zewnątrz bardzo pilnéj i kosztownéj reparacyi, przy usilném staraniu JK. Plebana nie szczędzącego żadnych ofiar w roku bieżącym 1865, całkiem, i gruntownie zrestaurowano, przy wielkiéj oszczędności za 400 złr. któreto koszta ponosił Ks. Pleban po obietnicy parafian złożenia póżniéj wypadającéj na nich cząstki. Prócz tego dano nowy dach nad kruchtą kościoła, i zaopatrzono takowy rynną cynkową, zreperowano dach nad Zakrystyą, dano nowy kamienny próg, i różne potrzebne reperacye w posadzce kamiennéj kościoła poczyniono. 16) Nowy obraz do noszenia (Feretron) sprawiły parafianki ze Sufczyna. 17) Nad plebaniją dano w roku bieżącym nowy dach kosztem 150 złr. który poniósł Ks. Pleban przy obietnicy parafian zwrócenia póżniéj wypadającéj na nich cząstki. 18) Ks. Pleban własnym kosztem 35 złr. sprawił wszystkie okna nowe w budynku Plebańskim. 19) JK. Pleban z małą pomocą parafian, wynalazł szczęśliwie, i wymurował kamienną studnię na dziedzińcu plebańskim, około 200 złr., która obfitując w dobrą wodę, wielkiém jest dobrodziejstwem dla całéj parafii, a zwłaszczą dla młodzieży szkolnéj. 20) Wny Kolator P. Edmund Jastrzębski darował znaczny kawał gruntu na powiększenie powszechnego cmentarza parafialnego i pozwolił ze swych lasów potrzebnego drzewa na oporęczenie takowego, zaś JK. Pleban sprawił na tymże cmętarzu własnym kosztem piękny i okazały kamienny pomnik, który równie jak i nowy cmentarz przez JWK. kanonika katedraluego Mikę w roku bieżącym uroczyście po-

święconym, i do użytku parafii oddanym został. Na tym nowym cmentarzu zostawiono miejsce osobne, przykopą odłączone, którego nie poświęcono, dla tych, którzy nie mogą bydź chowani na poświęconém miejscu.

Przykład gorliwości tak usilnéj niech znajdzie naśladowanie a niech sprowadzi obfite błogosławieństwo boże na całą parafię i wyjedną okazałe w niebie mieszkanie. Tarnów dnia 23. List. 1865.

N. 4100. 4164. 4217.

Piis ad aram suffragiis commendantur:

A) Anima Ven. Petri Schychowski, Presbyteri e Societate Jesu Neo-Sandeciae, die 17. Nov. ætatis an. 68, demortui.

B) Anima Perill. ac Adm. Ri Ignatii Kutz Decani et Inspect. schol. Łącensis emeriti, Parochi Przyszov, per 21 annos Parochi, qui in sequelam inflammationis pulmonum, facta orali coram 3 testibus dispositione, vigore cujus tertia substantiæ pars pro adornanda Capella S. Simonis in Lipnica murowana, ubi lumen mundi conspexerat, dein quidam libri pro nec ordinandis alumnis, ac reliqui pro bibliotheca parochiali destinantur, post vitæ curriculum 61 an. in Domino 30. Nov. a. c. hora 1. pomer. obdormivit, et in cujus funere, ob insignem ejus qua fruebatur æstimationem numerabantur 33 Presbyteri, C. R. District. Officiales, Nobiles perplures, populus copiosissimus.

C) Anima ARi Francisci Najduch Parochi Pisarzov. Neo-Sandeciæ die 8. Dec. in seqnelam consumptionis e vita erepti, cujus funus cohonestarunt Sacerdotes vicini, parochiani &c. Hi omnes Sacramentis moribund. rite provisi erant.

Pro anima insuper ARi Ignatii consodales Confrat. pro f. q. superviventes 1. Missæ sacrificium litare obligantur.

E Consistorio Episcopali,

Tarnoviae die 19. Dec. 1865.

Josephus Alojsius,
Episcopus Tarnoviensis.

JOANNES FIGWER, Cancellarius.

Tarnoviæ & Premisliæ. Typis Anastasii Rusinowski, 1865.

Impensis Illustrissimi ac Reverendissimi Consistorii.